

Matthias Lobetantz


**Ad Solennitates Nuptiales ... Viri Dn. Johannis Samuelis Heisterman a Zielberg ...
Sponsi, domum ducentis Generis nobilitate & Virginalium Virtutum decore
ornatissimam Virginem Mariam Elisabetham Perquam ... Viri, Dn. Johannis
Adolphi Kielman, ... Filiam Sponsam, Votiva Acclamatio ...**

Schlesvici, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766336425>

Druck Freier  Zugang







UNIA
DEN

1843 21 Kuffen


Ac-12^{1-12.}
1-51 <R>









116







24

Ad Solennitates Nuptiales
Nobilissimi Amplissimi & Consultissimi, VIRI
DN. JOHANNIS SAMUELIS
HEISTERMAN à Ziesberg/
Serenissimi Ducis Slesvici & Holsatiæ Consilarii Aulici

& per provinciam Eiderostadium Præfecti,
SPONSI,
domum ducentis

Generis nobilitate & Virginalium Virtutum decore ornatisimam Virginem,

MARIAM ELISABETHAM

Perquam Reverendi, Magnifici Nobilissimi & Consultissimi VIRI,

DN. JOHANNIS ADOLPHI KIELMAN,

Jcti Excellentissimi, Comitis Palatini Cæsarei & Sac. Rom. Imp. Exempti, Ecclesiæ Cathedralis Hamburgensis
Præpositi, nec non Serenissimi Slesvici & Holsatiæ Ducis Consilarii
Intimi & Cancellarii Aulici Gravisim, Filiam
SPONSAM,

Votiva Acclamatio.

Dum fœcunda sonat læto vindemia plausu,
Nectareusque latex spumanti fervet in urna,
Ecce maritandam Kielmannia vinea vitem.
Ostendit, magna populi plaudente corona.
Nobilis illa soli fœcundo ex ubere nata,
Jamq; vigore suo matura, decore venusta,

Vult alio florere solo, gravidosque racemos
Ut translata ferat, valida cupit arbore niti,
Has sibi deposcit felici fidere partes
HEISTERMANNADES, gentis stipatus avitæ
Laude, sua virtute simul spectandus, & arte,
Quam docet alma suos Musa & Themis inclyta Mystras.
Olli Virgo domum lectissima ducitur, omni
Sexus dote sui felix, seu munera castæ
Mentis ames, in qua spirant simulachra pudoris
Materni, seu quem formosæ mentis imago
Pulchra juvet facies, seu commendatio muta
Eximium genus, & fortunæ dona benignæ.
Discutiat tristem domus hinc Kielmannia nubem,
Et quæ dictat hymen juvet oreque menteque læta
Munia obire, juvet Cereri genioque litare,
Et mulcere sonis fidium concordibus aures.
Cimbria cuncta fave, molli strepat agmine Sleja,
Eidora, ne ipsa brevi Nuptam visura novellam.
Nam spes exoritur superis enata benignis,
Non unam mansurâ domum, nec degener illo
A splendore, sibi quem conciliavit uterque
Fundator generis, legum jurisque sacerdos:
Hinc KIELMANNUS, amor patriæ, quem suspicit aula
Ingens justitiæ columen suadæque medullam:
Inde HEISTERMANNI, quod Brema & Cimbria certant
Præclare meritum super æthera tollere, nomen.

Hac e stirpe nihil generosi sanguinis expers
Speret posteritas, si nec paliurus acutis
Pullulat elauro stimulis, aut lappa roseto.
Sic sic florebis magnum genus, & tua proles
Irriguus velut hortus erit, qui semper abundet
Floribus, egregiam virtutum halantibus auram,
Quæ capiat superos, qnam patria sentiat omnis,
Famaque victuro post funera carmine laudet.
Euge ergo ut Vobis, lectissima biga, voluptas
Intemerata fluat, vestri paranympus amoris
Annuat & Vobis optata det omnia, Numen.
Vivite felices, nec amor modò vester & anni,
Sed fortuna etiam, quæ in vos sua dona profudit,
Ætatem ferat, adspiret constantia sorti,
Quæ jam læta favet, simul incrementa sequantur.
Alma Salus vitæ comes ô fidissima vestræ
Perpetuo adsistat, ne vos lachrymabile funus
Dividat, aut tristes valeant affligere casus:
Sed longos lætosq; dies feliciter unâ
Emensi seram mereamini adire senectam,
Nec fugere ante solum, coeliq; evadere ad arcem,
Quam vos longævæ capiant fastidia vitæ,
Æternosq; juvet cœlo transcribere amores:
Nec sic ante tamen, quam plurima pignora vestri
Florenti superent (si quod divina voluntas
Nutanti mundo de hinc ire indulserit) ævo.

*quod calido & honoratissime domui Kielmanniane
eternum devincto affectu auguratur
est vobis*

Matthias Lobetantz.

SLESVIGAE, Anno clō 16C LII.

DN. JOHANNIS SAMUELLIS

HEISTERMAN & HOLLANDI
Saxoniae Ducis Silesiae & Borussiae
& per provinciam Silesiam Praefecti

MARIAM ELISABETHAM

DN. JOHANNIS ADOLPHI KLEMAN

Ordinis Palatinus, Comes Palatinus, Comes Palatinus, Comes Palatinus
Cathedralis Hamburgensis
Vetiva Achatina.

Decorative border with repeating circular motifs

STAVIGAT, Anno clo 1661.


Ad Solennitates Nuptiarum
Nobilissimi Amplissimi & Excellentissimi
DN. JOHANNIS
HEISTERMANNI


Scientissimi Ducis Slesvici & Holsteni
& per provinciam Hiberniam
SPONSUS
domini ducens

Generis nobilitate & Virginitatis virtutum decoro
MARIAM ELISAM

Perquam Reverendi Magnifici Nobilissimi &
DN. JOHANNIS ADOLPHI
Joci Excellentissimi, Comes Palatinus Rheni, Inq. L.
Ratponi, nec non serenissimi Slesvici & Holsteni
Ducis & Cancellarii Aulici Gualtheri
SPONSAM
Votiva Aclamatio.

Im secunda sonare loco videtur placidum
Nobilitate inter sonantem in vobis
Fecit nuptiarum Kirchmanni vobis
Ostendit, magis populi placiditate coronat
Nobilissima soli secundo exuberantia
Jamque vigore suo maritus ducens
Vobis alio hinc loco, gravibusque
Lectissimas vobis, validas copias
Fecit hinc deponit hinc hinc
HEISTERMANNI, generis hinc
Iamque, hinc vobis hinc hinc
Quam hinc alia hinc hinc hinc
Omnis hinc domum hinc hinc
Sexus hinc hinc hinc hinc
Mentis hinc hinc hinc hinc
Mentis hinc hinc hinc hinc
Feliciter hinc hinc hinc hinc
Eximium hinc hinc hinc hinc
Dilectissimum hinc hinc hinc hinc
Fecit hinc hinc hinc hinc
Mentis hinc hinc hinc hinc
Fecit hinc hinc hinc hinc





ferunt ex optatissimi nati! Et quid de filiabus Tuis dicam,
tui & seculi ornamentis? quæ & ipsæ nobilissimas familias, ge-
næ sanguine, in novas inclytasq; stirpes succrescente, illustrant? In-
prima, MARIA ELISABETHA (quæ lux & gloria fœmina-
generoso Dno JOHANNI SAMUELI HEISTERMANNO
LBERG collocata. HEISTERMANNUM autem cum dico,
ntum aliquod exemplum in omni cultu civili ac habitu perfecti
co. Ita enim in eum, & morum concinna Suavitas, & rerum
darum cum variâ eruditione peritia, atq; eximius planè animi
or confluerunt, ut quâ parte horum magis mereatur æstimari,
le oppidò sit decernere. Ego certè ab ipsis planè Gratiis elabora-
sse virum judico. MARIE ELISABETHÆ natu proxima
A MARGARETA, è celebratissimâ BROCKTORFIORUM
A MARQUARDO WOLFGANGO, heroi strenuo nupta.
citas est SOPHIÆ AUGUSTÆ, natu in hâc pul-
minimæ, quæ WOLFGANGO BUCHWALDIO,
pis generosissimæ propagini sociata, extendere in se-
m profapiam, & novas ac eminentiores in eam virtu-
promittit. Sunt hæc profectò bona omnia tanta, ut
n commemorationem oratio mihi vix suppetat, de-
atq; succubitura, si pro dignitate singula exornare in-
n esset. Retribuit DEUS pietati Tuæ, Excellen-
, quando inter medios fragores bellicos, inter alter-
mirabiles & periculosissimas vices, inter invidorum,
lorum insidias, odia, crudelissimasq; minas, Te ani-
fractum, integrâ gloriâ, florente famâ, constante
erum ac populi favore, dignitatibus salvis & insuper
vit, servavit, munivit, atq; ita evexit, ut vix amplius
is divina illa faventia potuisset adstruere. Tu intereà,
Domine, inter tot ac tanta Tibi propria decora atq;
hil abis à pristinâ tuâ humanitate, & verecundiâ ac
â modestiâ. Quæ maximus Princeps, quæ Patria, quæ
Atlantæis tuis pro communi egregio exhaustis labori-
pendere, & promptissimâ manu Tibi tuisq; offert
i non nisi trepidè atq; cunctanter, hæsitans ac multum
i, ut modestissimi solent, admittis. Quæ res profectò
m in ejusmodi admirationem rapit, ut agnoscere pa-
inter omnes divini animi tui dotes, omnia decora,
se maximum, quod publico natus factusq; bono
edicari malis. Sunt omnia, quæ hæctenus de Te
mihi

